Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Inhaber der herrschaft Mündelhaim aut superflua sint, aut contra manifestissimam suam significationem adeoque contra mentem & voluntatem ipsam transigentium & Caesaris confirmatoris: ad haeredes tantum masculos per Masculinam Domini Caspari à Freundtsperg lineam descendentes, (: qui etiam satis jam fuerant proxime praecedenti verbo Erben comprehensi :) sinistre restringantur fateri necessum est sicuti nec ulla ratione posset negari in ista transactione hoc actum

25. 6. & clare expressum esse, ut omnes successores ad quos Baronatus Mindelhaimensis legitime perventurus esset, pro capacibus huius feudi successoribus haberentur & agnoscerentur./

Ideoque hanc adversarii Domini Consultoris restrictionem ad solos Domini Freundtspergii descendentes haeredes masculos in Baronatu quoque succedentes (: quemadmodum laboriose ponit & defendere nititur in responsionibus suis ad duodecimum consultationis suae propositum contrarium argumentum :) non admittimus, quin potius eam (: bona venia :) tanquam alienam ac dispositioni verbis & menti contrariam esse iudicamus, circa quam considerationem nobis incidit notabilis postea quae ab aliis saepe commendata